



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCCLXXVII. Markgraf Woldemar von Brandenburg consentirt in das vom
Könige Heinrich dem Grafen Berthold von Henneberg ertheilte
Fürstenstandes-Privilegium, am 25. Juli 1310.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

CCCLXXVII. Markgraf Woldemar von Brandenburg consentirt in das vom Könige Heinrich dem Grafen Berthold von Henneberg ertheilte Fürstenstands-Privilegium, am 25. Juli 1310.

Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis, Landisbergenfis et Lufacie marchio, tutorque illustris Johannis, marchionis Brandenburgensis, tenore presencium publice profiteamur, quod cum serenissimus dominus noster, dominus Henricus, Romanorum rex, spectabili viro Bertoldo, comiti de Henneberg ac suis heredibus omnia iura principum, tam in ingressu quam in egressu ad imperialem deliberacionem, in sentenciis conueniendis, dictandis, pronunciandis, in iure ciuili et plebiscito, quod vvlgo dicitur lantrecht, et specialiter, quod ipse comes et sui liberi debeant iure et more aliorum principum choruscare, et homines sui iure hominum aliorum principum congaudere, sic quod ipse comes et sui liberi non alibi, quam vbi alii principes imperii, et homines eorum non alibi, quam vbi homines aliorum principum conueniuntur, valeant conueniri, ipsum comitem et suos liberos iuribus aliorum principum imperii, et homines eorundem hominibus aliorum principum, tam in parendo et stando iuri, quam aliis libertatibus et iuribus per omnia adequando conferenda duxerit, de regalibus plenitudine potestatis, nos dicti comitis, cuius exaltacionem et honorem diligimus, votiuus precibus inclinati, premissis omnibus, prout superius et in litteris regalibus exprimuntur, consensum nostrum expressum et beniuolum adhibemus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Frankenfurt, anno domini millesimo trecentesimo decimo, VIII^o. kalend. augusti.

Nach Schöp p a ch, Henneb. Urk. Buch S. 50 Nr. 89. — Man findet daselbst die Willbriefe der übrigen Churfürsten, doch kein zweites eines Markgrafen von Brandenburg.

CCCLXXVIII. Des Markgrafen Woldemar von Brandenburg Consens über die dem Grafen Berthold von Henneberg vom Könige Heinrich geschehene Uebertragung von Schloß und Stadt Wafungen, vom 25. Juli 1310.

Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis, Landisbergenfis et Lufacie tutorque illustris Johannis marchionis Brandenburgensis, recognoscimus, quod (wie oben Nr. CCCLXXII). Datum Frankenfurth, anno domini M^o. CCC^o. decimo, VIII. kalend. augusti.

Eosfuge hierzu ertheilte Willbriefe sind nur vorhanden von dem Pfalzgrafen Rudolph, d. d. Ingolstadt den 27. April 1310, von dem Erzbischofe von Trier, d. d. Frankfurt den 25. Juli 1310, von dem Erzbischofe Heinrich von Eßn, d. d. Speier den 29. August 1310 und vom Könige Johann von Böhmen, d. d. Wien den 22. Mai 1311. Schöp p a ch, Hennebergisches Urkunden-Buch S. 46. 47.